

signis quibusdā ignitis docet aurū ita posse mollescere, vt in a- Opin. Fan
 quam illam corrumpentem *αυρόθεν*, vt Græci dicunt, ac sui thei.
 natura quandoque emergat. Libri autem permulti, quo- Varij mo-
 rum inscriptio nullum præ se fert Auctorem, alios modos di ad lapi-
 habent, veluti scandente spiritu, corporis eleuationem, quod dem Phi-
 sublimationem appellant, & vt eorum vtat vocabulo, fixati- losoph.
 onem, quæ est partium vtriusque colligatio quædam, in-
 duratio atque consumptio in puluerem. Prætereo hic quæ
 ijdem ipsi habent dissolutionem, distillationem, coagula-
 tionem, certificationem & id genus permulta ea de re et-
 iam prætermittenda, quod nihil aliud ad hoc negocium,
 quam tenebras atque caliginem offundant. Atque haud Omnia
 fere vllus est, qui Alchemisticæ illius disciplinæ præcepta de hac ar-
 dilucide quod sciam, hæctenus enarrarit: omnes omnia æ- te mada-
 nigmate ac prodigiola quadam oratione data opera occu- ta litteris
 luerunt. Neque abs re profecto: non enim fas videbatur ænigma-
 tanta mysteria non ænigmatum inuolucris quibusdam ac tica.
 verborum portentis inuoluere, vt videlicet eo nomine pro-
 fana ab illis, tanquam ab Eleusinijs, turba perpetuum aba-
 cta fieret ad audendum exanimatior. Ecquid enim absur-
 dius intolerabiliusque, quam inconditæ insanæque plebe-
 culæ vulgus tam inexpugnabilibus fretum præsidijs, alio,
 quin etiam iam satis cornua tollens, insolentius abire? Sic
 Pythagoras & Plato suam philosophiam numeris suis ob-
 scurarunt: & Aristoteles libros aliquot edidisse se perinde,
 ac si non fuissent editi, in sua quadam ad Alexandrum e-
 pistola testatur. Sic & Lullius suum vinum ita dure ac pe-
 regrine tractandum scribit, dum in cinerem aut quid aliud
 leuius deficiat aut penitus euanescat. Ita tractatum asse-
 rit quintam illam suam naturam euomere. Ea autem ad
 suum lapidem vtitur: Cæterum lapide ad metalla reforman-
 da, nobilitandaque. Cedo quæso quidnam cum metallis
 vino est aut fuit vnquam, aut forte etiam putas commune?
 Nō minus à natura dissentire videtur ille quā qui ex asino ho-
 minem, ex homine leonem enasci putat, aut aliud quippiam
 alienius. Perge vero quot horrenda ex literarum notis sibi ac
 sui studiosis passim monstra confingit? Vt sepe, b, assumen-
 dum; relinquendum, t, & a in, r, mutandum, aut si mauis, r, in
 a. & mille alia (libet enim paulisper agere personarum
 Momum & acriori criminatione Lullium infectari)

C

4

iubet